

A minibus aliud & deo & hominibus. Item qui hominibus propter veritatem placet, non ipse illis, sed veritas placet: placere autem dixit quantum in seipso est, quantum ad eius voluntatem atinet: ac si dicere vellem, Non enim si hoc eo non agente placeat alicui, quasi propter seipsum & non propter deum atque Euangelium quod annunciat, superbia ipsius potius, quam errori eius cui peruerse placet, tribuendum est. Iste itaque sensus est, Modo ergo hominibus suadeo, an deo? Aut quia hominibus suadeo quareo hominibus placere? si adhuc hominibus quere rem placere, Christi seruis non essem. Iubet enim ille seruis suis, ut discant ab eo mites esse & humiles corde: Quod nullo modo potest, qui propter seipsum: id est, propter suam quasi priuatum & propriam gloriam placere hominibus querit. Dicit autem & alibi, Hominibus suademus, deo autem manifesti sumus: ut intelligas quod hic ait. Hominibus suadeo, an deo? non utique deo, sed hominibus suadendum. Non ergo moueat, quod alibi dixit, Si aut & ego omnibus per omnia placeo. Addidit enim, Non querens quod mihi prodest, sed quod multis, ut salui fiant. Nulli autem prodest, ut saluus fiat, si homo ei propter seipsum placeat: Qui non placet uti liter, nisi cum propter deum placeat: id est, ut deus placeat & glorificetur, cum dona eius attenduntur in homine, aut per ministerium hominis accipiuntur. Cum autem sic homo placet, non iam homo, sed deus placet: Vtrique ergo recte dici potest, & ego placeo, & non ego placeo. Si enim aslit bonus intellectus, piusque pulsator, patebit utrunque, & nulla inter se repugnantia repellit intrantem. Notum enim vobis facio fratres Euangelium quod euangelizatum est a me, quia non est secundum hominem: Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi. Euangelium quod secundum hominem est, mendacium est: Omnis enim homo mendax: quia quicquid veritatis inuenit in homine, non est ab homine, sed a deo per hominem. Ideo iam quod secundum hominem est, nec Euangelium dicendum est: quale illi afferebant qui in seruitutem ex libertate attrahebant eos quos deus ex seruitute in libertatem vocabat. A udistis enim conuersationem meam aliquando in Iudaismo, quia supra modum persequebar Ecclesiam dei, & uisitabam Ierusalem, & proficiebam in Iudaismo supra multos cotraneos meos in genere meo, abundantius aemulator existens paternarum mearum traditionum. Si persequeo & uisito Ecclesiam dei proficiebat in Iudaismo, apparet contrarium esse Iudaismo Ecclesie dei, non per illam spiritalem legem quam acceperunt Iudaei, sed per carnalem conuersationem seruitutis ipsorum. Et si aemulator: id est, imitator paternarum suarum traditionum, persequebatur Paulus Ecclesiam dei, paternae ipsius traditiones contrariae sunt Ecclesiae dei, Non autem legis illius culpa est: Lex enim spiritualis est, nec carnaliter se cogit intelligi: sed illorum vitium est, qui & illa quae acceperunt, carnaliter sentiunt, & multa etiam sua tradiderunt, dissolutes, sicut dominus dicit, mandatum dei propter traditiones suas. Cum autem placuit deo, qui me segregauit de ventre matris meae, & uocauit per gratiam suam, reuelare filium suum in me, ut annunciarerum eum in gentibus, continuo non acquieui carni & sanguini. Segregatur quodammodo de uentre matris, quisquis a carnalium parentum consuetudine caeca separatur: A quiescit autem carni & sanguini, quisquis carnalibus propinquis & consanguineis suis carnaliter suadetibus assentitur. Neque ueni in Hierosolymam ad precessores meos Apostolos, sed abij in Arabiam, & iterum reuersus sum Damasum. Deinde post annos tres, ascendi Hierosolymam videre Petrum, &

mansi apud illum diebus quindecim, Si cum euangelizasset Paulus in Arabia, postea uisitauit Petrum, non ideo ut per ipsum Petrum disceret Euangelium, nam ante eum utique uidisset, sed ut fraternam charitatem etiam corporali notitia cummlaret, Alium autem Apostolorum uidi neminem, nisi Iacobum fratrem domini. Iacobus domini frater, uel ex filijs Iosephi de alia uxore, uel ex cognatione Mariae matris eius debet intelligi. Quare autem scribo uobis, ecce coram deo, quia non metior, Qui dicit, Ecce coram deo quia non metior, iurat utique: Et quid sanctius hac iuratione? sed non est contra praecipuum iuratio quare a malo est, non iurantis, sed incredulitatis eius etiam iurare cogitur: Nam hinc intelligitur ita dominum prohibuisse a iurando, ut quantum in ipso est quisque non iuret, quod multi faciunt, in ore habentes iurationem tanquam magnum aut suauic aliquid. Nam utique Apostolus nouerat praecipuum domini, & iurauit tamen: Non enim audiendi sunt qui habent iurationes esse non putant: Quid enim facient de illa, Quotidie morior, per gloriam uestram fratres, quia habeo in Christo Iesu domino nostro: quam Graecae exemplaria manifestissimam iurationem esse conuincunt, Quantum ergo in ipso est, non iurat Apostolus: Non enim appetit iurationem cupiditate, aut delectatione iurandi: amplius est enim quam est, est non, non: & ideo a malo est, sed infirmitatis aut incredulitatis eorum qui non aliter mouentur ad fidem. Deinde ueni in partes Syriae & Ciliciae. Erat autem ignotus facie ecclesiae Iudaeae quare in Christo sunt: Animaduertendum, non in sola Hierosolyma Iudaeos in Christo credidisse, nec tam paucos fuisse, ut ecclesiae gentium miseretur, sed tam multos ut ex illis Ecclesiae fierent: Tantum autem audientes erant, quia qui aliquando nos persequebatur, nunc euangelizat fidem quam aliquando uisitabat, & in me magnificabant deum: Hoc est quod dicebat non se placere hominibus utique per seipsum, sed ut in illo magnificaretur deus: Hoc est quod etiam dominus dicit, Luceant opera uestra coram hominibus ut uideant bona facta uestra, & glorificent patrem uestrum qui in caelis est.

Deinde post annos quatuordecim iterum ascendi Hierosolymam cum Barnaba, assumpto etiam Tito: Tanquam testimonij pluribus agit, cum etiam istos nominat. Ascendi autem secundum reuelationem: Ne moueret eos quare uel tunc ascenderit quod tam diu non ascenderat. Quapropter si ex reuelatione ascendit, tunc proderat ut ascenderet. Et expositi illis Euangelium quod praedico in gentibus, seorsum his qui uidebantur. Quod seorsum exposuit Euangelium eis qui eminebant in Ecclesia, cum iam illud exposuisset coram omnibus, non ideo factum est, quod aliqua falsa dixerat, ut seorsum paucioribus uera diceret, sed aliqua tacuerat quae adhuc paruuli portare non poterat. Quilibet se ad Corinthios lae dicit dedisse, non escam. Falsum enim dicere nihil licet. Aliquando autem aliquid ueritate uilius est. Perfectionem ipsius opus erat ut scirent caeteri Apostoli: Non enim sequebatur ut si fidelis esset, ueramque & rectam teneret fidem, etiam Apostolus esse deberet. Illud autem quod subiungit, Ne forte in uacuum curra aut cucurri: non ad illos cum quibus seorsum contulit Euangelium, sed ad istos quibus scribit quasi per interrogationem dictum intelligendum est: ut ex eo apparet non eum in uacuum currere aut cucurrisse, quia iam etiam attestacione caeterorum nihil ab Euangelij ueritate dissentire approbat. Sed neque Titus qui mecum erat, inquit, cum esset Graecus copiosus est circumcidi. Quare Titus Graecus esset, & nulla eum consuetudo aut cognatio parentum circumcidi cogeret sicut Timotheum, facile tamen etiam istum circumcidi permisisset

L. v. Aposto

I. Cor. 15.
E

Expositio
tuli scilicet
di.

F

† al. ueri
tacere.